

Multam perturbationem et seditionem quae fiunt, placidius conue-  
ludinem omnimodis amputari, quae praeter regulam in quibus-  
dam partibus videtur ammissa, ut de civitate ad civitatem non  
episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur. Quod si factum  
fuerit, prorsus in irritum ducatur, et restituatur ecclesiae, cuius  
fuit episcopus aut presbyter aut diaconus ordinatus. Def. Tam magis  
concilii praesentium meae paritati exponere non licet; audentes tamen  
dico, quod nulli unquam Nicenos canones rectius considerare atque  
intelligere valeant, quam Gregorius Nazianzenus, qui supra teti-  
gimus, neonou et Calcedonense concilium et beatissimus papa  
Leo atque Gelasius. Def. Quod Gregorius Nazianzenus de sede ad sedem trans-  
iens, iam superius obicit. Nunc superest, ad reliqua subiciantur. Def. Ut dicitur  
in Calcedonensi synodo et sanctissimus papa Leo atque Gelasius praefatum  
Niceni concilii regulam ita intelligere videntur. In Calcedonensi concilio: Clericos  
in ecclesia ministrantes, sicut iam constitutum, in alterius civitatis ecclesia  
statutos fieri non oportet, sed contentos esse, in quibus ab initio ministrare  
debuerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes provincias, ex necessi-  
tate ad aliam ecclesiam transierint. Siquis autem episcopus post  
hanc differentiationem suscepit clericum ad alium episcopatum perti-  
nentem, placuit, et susceptum et suscipiendum a communione privari,  
donec his qui migraverat clericus, ad propriam suam regressus ecclesiam.  
Leonis papae: Siquis autem episcopus civitatis suae mediocritate  
despecta administrationem loci celeberris ambientis et ad maiorem  
se plebem quacumque ratione transferat, a cathedra quidem pellatur  
aliena, sed carebit et propria, ut nec illis praesideas, quos per ava-  
riciam concupis, nec illis, quos superbia sprevis. Suis igitur ter-  
minis quodque contentus sit, nec supra mensuram vini sui affectus

"Nony. 1. conf.

"reventos 1.

"meruentos 2.

121.